Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Aprilis

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M · D · LXVI





A PRILIS.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

753°

Decretum de condemnatis ad triremes:

Maximilianus &c. Notum facimus Vniuersis, ad quorũ manus hæ literæ peruenerint. Quoniam subscriptos hic homines sceleratos et maleficos extremum supplicium meritos, atq; ad id maiori etiam ex parte iam condemnatos, singulari ex grã Vita quidem donauimus, uetum ut scelerum tamen suorum aliquas et poenas luerent, partim quoad superuixerit, partim uero in certos annos, pro cuiusq; delicti ratione, ad triremes ducendis remis addiximus, eo modo, quo sequitur.

Ob scelerum suorum grauitatem totos
Vitæ suæ dies ad triremes condẽnati.

Joannes Sebuler uocatus Nepperschmidt ex Laugingen.
David Hesell ex Krembs.
Thomas Freytuch uel Lang ex Sunern.
Laurentius Hansperger ex Saltzburg.
Balthasar Fider ex Norinberga.
Joannes Widman ex Augusta.
Marcus Koch de Pfortzheim.

In certum tempus.

Geor:

Georgius Hecht, ex Oschenburg in quadriennium.
Joannes Vogel uocatus Latz ex Rauenspurg in annos decem.

Sanè serio et omnino nos uelle iam enumeratos homines, quanto p̄scripsimus tempore et modo singulos puniri neq; illorum quenq; breuius aut diutius in triremibus detineri. Quod ita esse manu n̄ra hisce subscripta, et Cæsareo n̄ro sigillo impresso attestamur. Datæ Augustæ ꝑ 3.ª Aprilis Anno M. D. LXVI.

Maximilianus &c.

754

Duci Veneto pro mille sclopetos
ex ditione sua Vr̄æ M.ti cedendos.

Cum certò intelligamus Illustrem Principem Vrbini Ducem ꝑ Sclopetorum seu bombardarum longiorū mille non ita pridem in Vr̄æ Dil.nis istiusq; amplissimi Dominij ditione conduxisse, post verò ea ibidem inepta reliquisse. Equidem à Vr̄a Dil.ne eodemq; Illu.ri Dominio beneuolenter petimus, vt ipsa eosdem Sclopetos per Hieronymū Kraffter Ciuē Augustanū nobis empturis in vsum n̄rum isthinc aduehēdos amanter cedere, atq; adeò hoc amicitiæ inter Nos

pristinæ

pristinæ testimoniũ declarare non inuita uelit, Motura Nos ad mutuæ beneuolentiæ testificationem posthac etiã vberiorẽ. Valeat eadem Vrã Dilectio feliciter. Datæ in Ciuitate nrã Imperiali Augusta Vindelicorũ 13ª Aprilis Anno ꝑ M.D.LXVI.

755°

Patentes literæ pro condemnatis ad triremes Genuam abducẽdis.

MAXIMILIANVS &c. Vniuersis et singulis &c. Et quia ꝑsentium exhibitori Martino Carminato ꝑsentes hos captiuos, quos quidem capitis reos declaratos, extremo tamẽ supplicio mera ex grã exemptos, partim perpetuo, partim certos in annos, pro cuiusq; delictorũ atrocitate ad triremes condemnauimus, Genuam ad usum triremiũ Magci Nicolai Comellini recta auehendos et deducendos demandauimus: Sane volumus omnino atq; Clementer petimus, vt ꝑfatũ conductorem, unà cum dictis captiuis per ditionũ Juris dictionũ, et prouinciarũ uestrarũ loca tàm mari quàm terra proficiscentem, non libere solum passim progredi permittatis ꝑ sequere comunẽ formã. Datæ Augustæ 4. Aprilis M.D.LXVI.

Maximili:

Maximilianus &c.

756° Duci Mantuæ.

Mandatum dedimus quædam Mag^co fideli dilecto aulæ nr̃æ Siniſchalco Caspari Lodroni Comiti de Alexandro et Julio Piperanis ad T. Dil^nem nostro nomine referendi ac ab eadẽ amanter petendi. Ei igitur eandem, quam Nobis p̃ntibꝫ haberet, à T. Dil^ne fidem dari, et ſolitum istud eiusdẽ gratificandi studium erga Nos declarari beneuolenter cupimus, Mutua id animi propensione et Consangui: nei ~~propensione~~ ueri officijs libenter compensaturi. Valeat eadem T. Dil^io feliciter. Datæ Augustæ 4ta Apri: lis. Anno M. D. LXVI.

757° Literæ passus pro Christophoro a Lobkowitz

MAXIMILIANVS &c. Ser^mis Regibus &c.

Cum qui has feret, Mag^cus ac Generosus dilectus noster fidelis Christophorus Dn̄us à Lobkowitz in Bischoffteinitz Billin et Tachaw ingenuo quodam exteras quoq;

Regiones

Regiones uisendi desiderio, quod cum optimarum literarũ studio coniunctum habet, profectionem in Angliam et Italiam et alias non: nullas prouincias instituerit, Nos uero ei cum ob suam erga Nos obseruantiã et obsequium, cum eius patris Mag.ci ac Generosi Jo: annis Juniores Dñi à Lobkowitz Consiliarij et supmi Bohemiæ Burggrauij singularia merita, benignitate nrã passim adiutũ Clementer uelimus. Equidem à Vris qdem Serbus

Datæ Augustæ V.ta Aprilis Anno M.D.LXVI.

Maximilianus &c.

758° Ad Comitem in Burgkh Credentiales lrãe pro Fabiano à Schonach. In simili ad Johannẽ Sborowsky, & Albertum de Lasko.

Magnifice syncere Nobis dilecte Expositurus est tibi nonnulla nostro iussu Strenuus ac Nobilis fidelis dilectus consiliarius nr Fabianus à Schönach, cui abs te fidem proinde eandem haberi, q Nobis psentibus daretur, ac erga Nos studiũ et voluntatẽ obse: quentem in ijs quæ referet comprobari clemẽter cupimus, Gratũ id cumprimis abs te habituri, et benignitatis nrãe testimonijs uberrime agnituri. Datæ Augustæ, V.ta Aprilis Anno M.D.LXVI.

Instructio

759

Instructio pro Illu. ac Generoso Dño Caspare Lodroni Comite Sac.ae Cæs.ae Mtis ꝯ aulæ Siniscalco eorum quæ eiusdem Cæs. Mtis Dñi nri clementissimi nõie de Salis ex Hispanijs in aliquot Italiæ loca aduehi soliti cõmercio inquirat ex expediat.

Cum Sac.ae Cæs.ae Mti certo significetur Mediolanensis, Montisferrati, Langhe et Astegianæ status incolas salem omnem, quo opus habent, à Genuensibus, qui eum ex Hispania emptum aduehant, ac proinde per Langhe ac quædam alia q̃ imediate S.am Cæs.am Mtem et Sacrum Romanũ Imperium recognoscũt loca Mari adiacentia transportare cogantur, emere, utilitati uerò et commodo suæ Mtis magnopere esse inseruiturũ, si salis eiusmodi cõmercium ita instituatur, vt is alibi ad mare, maximè uero in locis sub Illustriss. Principis Marchionis Finariæ ꝯ ditione sitis exponatur, ac inde longius ad p̃dicta loca prouehatur. Ea igr de re operæ p̃cium sit visũ Sac. Cæs. Mtem certius et magis compertũ aliquid habere, Mandatũ dedit eadem Sua Cæs. Mtas p̃fato Illri Dño Caspari Lodroni Comiti ad loca illa proficiscendi, ac ibidẽ de negotio illo speciatim et sedulò inquirendi, et cum quibꝫ necesse erit, Suæ Mtis nõie tractandi, atq; uni aut pluribus nego:

bus negotiatoribus uecturam eam salis comittendi et conferendi, ac ad hanc comodius prosequendam ipsos quacunq; ratione Suæ Mtis nomine promouendi denique omne illud, quod è re maxime fore animaduerterit, ita agendi, ac si psens ipsa sua Mtas adsit Vult tamen eadem Sua Mtas ipsum Comitem in negotio eo non antea conclusiuè determinare, quam de eo Suam Mtem plane edocuerit, ac huius exinde extremã sententiam et ratificationem acceperit. Aget in his idem Illus Comes ex Clementi et expssa Suæ Cæs. Mtis voluntate, quæ in ipsum est inprimis propensa. Datæ Augustæ 5ta Aprilis. 66°.

760°

Ad Regem Franciæ. Comendatitiæ pro Christophoro à Lobkowitz. Idem. Ad Reginam Angliæ.

Maximilianus &c. Serme Princeps &c. Equidem pro nostra in Virtutis bonarumq; literarũ amantes et studiosos eximia benignitate Magcũ ac Generosũ dilectum nrm fidelem Christophorum Dominum à Lobkowitz in Bischoffstemitz Billin et Tachaw, quem in Gallijs nunc literis operam gnauiter nauare intelligimus, fauore et clementiâ

nra

nra prouehendum et iuuandum libenter planè suscipimus patris p̄sertim eius Mag.ci item et Generosi Joannis Junioris Dni à Lobkowitz Consiliarij nri et Sup̄mi Bohemiæ Burgrauij studio erga Nos et obsequio fidelissimo et indefatigabili quod probè perspectum et cognitum habemus non parum permoti. Is Christophorus cum lustratis Gallijs Italiam quoq; et Angliam aliasq; nonnullas Regiones uisendi animo breui petiturus sit, sanè eundem Nos Vræ S.ti ubi ad ipsam uenerit, uel eius prouincias longiùs peragrabit, com̄endatū cumprimis esse, atq; eiusdem Vræ S.tis patrocinium, benignitatem et gr̄am si qua in re ad hanc confugiet, uel nro nōie paratiorem illi et propensiorem suppeditari beneuolenter cupimus, Fraterni id et à uero Consanguineo proficiscentis officij loco gratum et acceptū magnopere habituri, mutuaq; amoris erga ipsam nri Synceri et beneuolentiæ declaratione libenter compensaturi. Quam Vr̄am Ser.tem Deus fortunatam et incolumem diu conseruet. Dat. Augustæ Vind. 7ma Aprilis Anno M. D. LXVI.

761° Maximilianus &c.

Duci

761. Duci Florentiæ

Referunt Nobis supplices Bernhardus Hessz et Jacobus Ritel, Aurifabri et Ciues Augustani, se annis superioribus gemmas aliquot preciosas Cornelio Merman et Caspari et Melchiori Westerberch Coloniensibus, pro re illorum diuendendas comisisse, atq; inde ab his mille sexcentos septuaginta duos florenos, cruciatos septemdecim sibi etiamnũ deberi. Compertũ aũt habere se eosdem debitores suos Florentiæ nunc degere, ubi tametsi eos literis sæpe de debito eo exoluendo compellarint, extorquere tamen se nequicq; adhuc potuisse. Rogati proinde humiliter ab ijsdem Bernhardo et Jacobo Aurifabris, ut apud T. Dil.ᵒʳᵉ in recuperando credito tam liquido ipsos intercessione nr̃a iuuare dignaremur, equidem à T. Dil.ᵒʳᵉ benigne et beneuolenter petimus, vt pro sua innata in æquitate quibusq; administrãda propensione, p̃fatos debitores Corneliũ Casparem et Melchiorem authoritate sua com̃oueat, ne porro pecuni:

am

am eam Creditoribus suis quamprimũ exoluere ullo mo-
do detrectent. Fecerit in hoc T. Dilg.tio officium Clemen-
ti Principe dignum, Nobis etiam cumprimis gratum
futurum, quod mutuo amore et beneuolentia de T. D.e
libenter demerebimur, Quae Valeat feliciter. Datum Au-
gustae Vindelicorũ XIII.a Aprilis Anno ꝑ M.D.LXVI.o